

Q. F. F. F. Q. S.

Gymnasio illustri quod Stuttgartiæ conditum est

Eberhardi Ludovici auspiciis

SÆCULARIA ALTERA A. D. VIII. KAL. OCT.

SOLENNITER OBEUNTI,

postquam per CC annos adulescentibus educandis erudiendis omni genere doctrinæ informandis egregiam parentibus filiis, urbi regno, civitati ecclesiæ operam præstitit,

CONGRATULANTUR EA QUA PAR EST PIETATE

RECTOR ET MAGISTRORUM COLLEGIUM

GYMNASII CAROLINI HEILBRONNENSIS

haec vota nuncupantes:

ut in tanto huius saeculi atque urbis amplissimæ strepitu liceat isti recens exornato, cum favente Rege augustissimo tum Urbis senatu ac civibus juvantibus, grato silentio pacis atque otii munera exsequi,

ut in tanta æmulum multitudinem ac certamine vetere semper gloria ac laude floreat crescat,

ut nunquam desinat sedes ac domicilium artium bonarum humanitatis religionis exstare, templum Musis patriæ Deo consecratum,

lux Virtembergiæ, decus Germaniæ!

O.T.F.F.O.S.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.